



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore
distinctus

Chokier, Érasme de
Coloniae Agrippinae, 1684

11. An Episcopus conferre possit ordines exemptis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

QVÆSTIO X.

Quid si ad exemptos, pervenerit res non exempta & è contra an tenebuntur.

Articulum hunc prolixè discutit Petrus antiboli ad quera visum fuit lectorem remittere tract. de mune. par. 3. §. 4. n. 50. 56. & seqq. vol. tract. 11. folio 68.

QVÆSTIO XI.

An Episcopus conferre possit ordines exemptis.

SUMMARIUM.

1. Episcopus conferre exemptis ordines. luerint Episcopo ordines accipiendi.
2. Si Episcopus neget possunt ab alio petere. 4. An exempti possint recipere clericos al-
3. Quid si privilegium habeant à quo ma- terius diœcesis sine dimissoriis ?

Fuisse aliquando in hoc articulo dubitatum refert Rebuffus dum dicit Perusium putavisse Episcopum non posse Rebuff. in praxi benefic. par. 1. tit. de Clericis & à quibus & quomodo creentur. n. 2. 2. in qua sententia cum Perusio videtur residisse Vbal-
 dus supra à me allegatus tract. de Canonic. Episcop. cap. 4. qu. 5. n. 5. & 6. v. supra lib. 4.
 9. 6. per cap. nullus de tempor. ordin. in 6. Veruntamen, Rebuffus contrarium concludit
 cum enim ordinum receptio à proprio Episcopo sit valde favorabilis si id non li-
 cere diceremus, certe exemptionem quæ in favorem exemptorum concessa est, in
 eorum damnum & præjudicium converteremus quod foret per absurdum Rebuff.
 d. n. 2. 2. vide supra lib. 2. q. 45. vers. 11. Pro quo est glossa notabilis dicens quod exem-
 pti debeant primo Episcopalia petere ab Episcopo qui (inquit) si denegat possunt
 tum ab alio petere glo. cap. abbatibus 18. quæst. 2. Petr. Brixien. in repert. verb. exemptio 3
 col. 6. quod ipsum plenius inquirat Navarrus cons. 1. 4. num. 3. & 4. de privileg. addens
 quod Abbas unius monasterij in vitatus possit in alio monasterio ordines conferre
 si illud sit exemptum Franc. ca. Abbates in fin. vers. in glo. fin. de privilegiis in 6. quæ ta-
 men conclusio vera est nisi exempti privilegium habuerint à quo maluerint Epi-
 scopo ordines accipiendi qua de re latius speculator part. 3. tit. de clericis peregrinis
 n. 5. cum Apost. ubi dicit virtute eiusmodi privilegij posse eos in aliena diœcesi ab a-
 lieno Episcopo ordines accipere sed non tamen in propria diœcesi nisi tamen de-
 tur Episcopo nova venia ibi ordines conferendi Io. Andr. cap. cum & plantare in fin.
 de privileg. An autem exempti possint clericos alterius diœcesis recipere sine literis 4
 commendatiis notat idem speculator vbi supra num. 7.

QVÆ-